

SENTENTIA.

SUMMARIUM.

- 1 **S**ENTENTIA unde, & quid sit: duplex est, & qualis: definitiva & interlocutoria: qua divisio, & differentia: ab utraque quando possit appellari: conclusio an procedat: qualia sunt requisita, iudicalem solemnitatem respicientia, seu causa cognitionem, ad n. 40.
- 41 **Q**uando transeat in rem iudicatum: intra quod tempus: quibus causis nunquam transeat: quibus vel non, prois, & quibus nocet: in expensis condemnatio quando locum habeat: tertio an possit appellari: de nullitate non agitur, quando sint executioni mandata, ad n. 64.
- 65 **A**d hoc ut tres sententia conformes exequantur, non obstante nullitatis exceptione, que requirantur: quales conformes dicantur, aut non: à quo iudice ex executione sententia fierenda, ad n. 77.
- 78 **Q**uod tempus ad exequendum debet transire: quid faciendum, dum ad mortem condemnatus nolit ad christiane moriendum se disponere: de quibus debent iudicari esse instruiti pro iusta ferenda sententia, ad n. 83.
- 84 **U**nde locum habet adagium, quod Legista sine canonicis parum valet, Canonista sine legibus nil.
- 85 **Q**ua sub censura Doctores minus in iure periti cadant: que nomina eis convenient: sententia equa sine diphthongo que dicitur: lepida responsio Federico Imperatori: ad num. 88.
- 89 **S**ubducuntur Auct. supplementa, ad num. 100.
- 101 **A**dditiones ex aliena manu, ad num. 103.

- 1 **S**ENTENTIA dicitur à sentiendo, eo quod Iudex per eam quid super re proposita sentiat, declaret.
- 2 **U**nde sententia est iudicialis decisio rei controversæ per pronuntiationem Iudicis rite factam liti finem imponens. Est in re Communis.
- 3 **S**ententia est duplex, una definitiva, & altera interlocutoria. Communis.
- 4 **S**ententia definitiva est illa, quæ principalem causam, seu controversiam in Iudicium deductam definit, eique finem imponit per absolutionem, vel condemnationem. Sic desumitur ex l. 1. ff. de re iudicata, & eam ita definit Glossa. Clement. unic. verb. Definita, de sequestr. possess. Abbas ad Rubric. de Sentent. & re iudic. n. 4. Hostiens. in Summa n. 1. de sentent. & re iudic. & alii passim. (Leg. 5. tit. 13. lib. 2. For. Reg. 1. tit. 22. p. 3.)
- 5 **S**ententia interlocutoria est illa, quæ non super principali causa, & controversia, sed super aliquo emergente, vel incidente articulo inter principium, & finem causæ fertur, ut verb. grat. super dilationibus dandis, vel testibus producendis, recipiendis, examinandis, repel-

Quamvis breviori spatio videatur has incidentias terminari; deficiere aliquis iudiciarius ordo ad earam definitionem, ne utique poterit: audientia, utpote nullum afferens præiudicium, maiorisque cognitionis causa, regulariter, non est parti deneganda, & sic de libello emergentium Actori copia datur: ad probationem sæpe sæpius experientia docet, articulum recipi, per consequens facta testium publicatione, allegationibus, probationibusque utriusque partis consideratis, quælibet ordine servato disputat, & vulgo de bien probado allegat; in eisque ante definitivam, expressa, vel tacita requiritur pronuntiatio. (1)

Præfinita fixa regula nequit, nec ad plus, & minus assignari differentia in cumulum actionum, definitionem interlocutoriam requirunt: præmaxime cum non omnes casus speciatim leges ad quarum decisionem hæc additio est alligata, comprehendere sit facile. Periti Iudices, expertique Advocati articulos emergentes majore, aut minore indagine gaudentes, discernent; nam ex. grat. si Iudicis inferioris recusatio cum juramento proponitur, socium in civilibus ipsenec assumit; & uterque de administranda justitia juramentum præstat: (2) in quo

(1) *L. 1. tit. 5. lib. 4. ibi:* Sin esperar sententia definitiva: *Leg. 3. tit. 18. ejusd.* Estabecemos, que de las sentencias interlocutorias no haya alzada; salvo si las sentencias interlocutorias fueren dadas sobre defension perentoria, ó sobre algun articulo que haga perjuicio en el pleyto principal:

(2) *Leg. 1. tit. 16. ejusd. ibi:* Por ende ordenamos, y mandamos, que si alguna de las partes alegare que há por sospechoso al Alcalde, y lo jurare, que en los pleytos civiles tome el Juez consigo por compañero á

lendis, & similibus rebus incidenter in Iudicio se offerentibus. Sic Glossa loc. cit. Abbas, loc. cit. Hostiens. loc. cit. & est in re Communis. Et dicitur Interlocutoria, vel quia Iudex in ista sententia causam non definit, sed interlocuitur inter principium, & finem; vel quia inter partes loquendo sine solemnitate scripturæ pronuntiat, ut ex multis à se citatis tenet Fagn. in cap. Super eo, de appellat. n. 38. Unde quidquid Iudex decernit, & statuit inter principium, & finem litis contestatæ ante sententiam definitivam, pertinet ad ipsam litem contestatam, dicitur Sententia Interlocutoria. Sic in re Communis Doctorum.

Sententia interlocutoria subdividitur in mere interlocutoriam, & interlocutoriam habentem vim definitivæ. Communis. Sententia mere interlocutoria est illa mox definita. Communis. Sententia vero interlocutoria habens vim definitivæ illa est, quæ quidem causam principalem non definit, eam tamen ferme perimit, ut deducitur ex l. Post Sententiam 9. Cod. de sententiis, & interlocutionibus omnium Iudic. ubi dicitur: Nec causam ullam interlocutione plerumque perimit. Dicitur enim notanter interlocutione, quia interlocutio aliquando rem firme perimit, ut ex aliis notat Reiffenstuel lib. 2. Decr. tit. 27. §. 1. n. 17. Et proinde talis sententia interlocutoria dicitur habere vim sententiæ definitivæ, ut est omnia illa sententia, post quam non speratur alia sententia ferenda in eadem instantia, eo quod ipsi finem imponat, ut sententia absolutoria ab observatione Iudicis. Sic etiam sententia, per quam pronuntiat appellacionem esse desertam, quia per talem quoque sententiam finitur instantia, vel per quam alicui multa imponitur; vel præcipitur aliquid esse dandum, aut faciendum; vel per quam finitur officium Iudicis, ut si Iudex interloquendo pronuntiet se non esse Iudicem competentem; vel per quam definitur unus articulus substantialis controversiæ principalis: Vel per quam admittitur, seu rejicitur exceptio peremptoria, & alia similes, ut videri possunt apud Felinum in Rubric. de sent. & re iudicata, Pirhing. lib. 2. Decr. tit. 17. Reiff. ibid. & alios passim. (Leg. 2. & 22. tit. 20. ejusd. part. Vid. lit. A pag. 175. in add. noo.)

Inter sententiam definitivam, & mere interlocutoriam, plures dantur differentie. Et prima est, quod sententia definitiva non potest fieri nisi servato substantiali ordine Iudiciario, aliter est nulla. Interlocutoria autem potest fieri sine ullo servato ordine Iudiciario, cum de sua natura petat fieri solum super aliquo emergente, seu contingente articulo, circa quem interlocuitur Iudex, dum conficit processum, servato ordine Iudiciario quoad sententiam definitivam. Scaccia tract. de sentent. & re iudicata gloss. 14. quest. 4. n. 20. Maranta part. 6. Speculi auct. tit. de sentent. num. 31. Pirhing lib. 2. Decr. tit. 27. num. 1. vers. Porro, Reiffenstuel ibid. num. 28. & alii passim.

Secunda differentia est, quod sententia definitiva non

un homo bueno, para que libren el pleyto ambos á dos de consuno: y el judgador, y el hombre bueno que así fuere tomado, juren sobre los Santos Evangelios, que bien, y derechamente librarán el pleyto, y guardarán el derecho á ambas partes: *Leg. 2. ejusd.* Mandamos que el acompañado que fuere tomado sobre el Juez sobre sospecha contra él fecha por la parte: al tiempo que sea rescebido por Aseor, juré, y prometa de hacer su buena, y honesta diligencia, porque el pleyto se fenezca lo mas breve que ser pueda.

non valet, nisi feratur in scriptis, & ex scripto recitetur, l. Statutus 3. Cod. de sententiis ex periculo recitandis, & cap. ultim. de sent. & re iudicata in 6. Interlocutoria autem potest fieri sine scriptis, & quamvis postea debeat redigi in scriptis, ut apparet de ipsa ex Actis. Glossa in cit. cap. ult. verb. Definitiva, de sent. & re iudic. in 6. & alia Glossa in cap. Quoniam contra verb. Interlocutiones, de probationibus. Maranta loc. cit. num. 1. Pirhing. loc. cit. num. 1. vers. Porro, Reiffenstuel loc. cit. num. 29. & alii communiter (Per leg. 2. ejusd. part. erat determinatum, uti voluerit, sive scriptis, oreve tenus, iudicem interlocutoriam ferre posse: sine discrimine in scriptis fieri debere leg. 3. tit. 2. ejusd. For. decernit. Vid. lit. J pag. 320. in add. hisp.)

13 **T**ertia differentia est, quod sententia definitiva non potest fieri nisi Iudice pro tribunali sedente; leg. Cum sententiam 6. Cod. de sentent. & interlocution. omn. Iud. & nisi partibus presentibus, aut saltem legitime citatis, & contumaciter absentibus, (Leg. 2. & 3. tit. 13. lib. 2. For. Reg. Vide leg. 12. ejusd. tit. 13. part. 3.) leg. Ea que 7. & leg. Consentaneum 8. Cod. Quomodo, & quando Iudex Sec. Sicut autem est dicendum de sententia Interlocutoria: ista enim potest proferri etiam parte absente, ac per Nuntium, vel epistolam; leg. Diem proferre 27. ff. de receptis arbitri, ubi Bartolus in Summario, Glossa in leg. Nec quidquam verb. Decretum ff. de offic. Proconsul. Maranta loc. cit. num. 1. Reiffenstuel loc. cit. num. 30. Franciscus de Acceptantibus tract. de sententiis definitiva, & interlocutoria num. 8. & 16. & alii. (Vid. leg. 2. tit. 13. lib. 2. For. Reg.)

14 **Q**uarta differentia est, quod sententia definitiva determinat controversiam principalem deductam in Iudicium, ut patet ex ejus definitione tradita supra num. 4. Unde debet continere absolutionem, vel condemnationem, aliter non valet, leg. Res iudicata 1. & leg. Præses 27. ff. de re iudicata; Scaccia loc. cit. num. 1. Maranta, loc. cit. num. 3. Reiffenstuel loc. cit. num. 27. Speculator tit. de Sententia §. Species num. 3. & alii. Interlocutoria autem non determinat, neque definit causam principalem, sed determinat solum articulos emergentes, & incidentes inter principium, & finem controversiæ principalis, ut liquet ex ejus definitione tradita supra num. 5. & tenet Communis Doctorum.

quo quidem casu, præter libelli recusationis presentationem, ejusque admissionis decretum, nullus ordo servatur, nisi Iudices Supremi recusationem patiantur, quia visis perpensisque rationibus, si iuxta considerentur, factio pœne depositio, iuxta qualitatem recusati, ad probationem recipitur: (3) si autem sit litispendentiæ, de eo consiare debet, & tunc articulus indiget probatione; (4) sin verò super aliquem articulum præiudicium principalis itrogando negotio, passim in definitivam ejus pronuntiatio reservatur, decerniturque contestatio ejus, & responsio. (Ad rem lit. A pag. 175. in fin. col. 2.)

(3) *Leg. 4. tit. 10. lib. 2.* Mandamos, que si la recusacion se pusiere contra los del nuestro Consejo, ó alguno de los nuestros Oidores de las nuestras Audiencias, antes de la conclusion del pleyto para definitiva: que en tal caso antes que se resciba, ni admita la tal recusacion, pareciendo que probadas las causas por que se pone, son bastantes para recusar, que la parte que la pusiere haya primeramente de depositar, y de-

Omnes actus judiciales, (1) sententiæque omnes scripto recitantur nisi minoris quantitatibus processus fuerit, (2) nulla constituitur discrepantia inter definitivam, aut interlocutoriam sententiam. (3)

(1) *Leg. 5. tit. 22. p. 3. ibi:* Puede dar su juicio, si entendiere que sabe la verdad del pleyto. Pero ante lo debe hacer escribir en los actos, é debelo leer el mismo publicamente, si supiere leer, seyendo en aquel logar do solia oir los pleytos, ó en otro logar que sea convenible para ello, é debe ser dictado el juicio por buenas palabras, é apuestas que las pueda bien entender sin dubda alguna, é señaladamente debe ser escrito en él como quita, ó condena al demandado en toda la demanda, ó en cierta parte della, segun él entendiere que fué averiguado, é razonado ante él, ó debe poner otras palabras guiadas, quales entendie-

Quinta differentia est, quod sententia definitiva semel à Iudice prolatâ ordinariè non potest ab eodem revocari; leg. Hac lege 2. Cod. de sententiis ex periculo recitandis, & leg. Iudex 55. ff. de re iudicata; & cap. Quod bene 6. q. 4. & cap. In literis 9. de Offic. Deleg. Interlocutoria autem potest à Iudice revocari ante subsecutam sententiam definitivam, leg. Quod jussit 14. ff. de re iudic. ubi summariè ex Bartolo sic ait: *Judex potest suam sententiam interlocutoriam revocare, sed non definitivam.* Et ratio hujus differentie est, quia *Judex posteaquam semel dixit sententiam* (definitivam) *Judex esse desinit.* Et hoc jure utimur, ut *Judex, qui semel, vel pluris, vel minoris condemnavit, amplius corrigere sententiam suam non possit, semel enim male, seu bene Officio functus est, ut expresse dicitur in cit. leg. Iudex;* Postquam autem dedit sententiam solum interlocutoriam, adhuc remanet Iudex in eadem causa, donec eam totaliter terminet per sententiam definitivam, cum quoad eum nondum transierit in rem iudicatum, citat. 1. Quod jussit 14. ff. de re iudicata. (Vide præd. leg. 2. cum 4. ejusd. part. 1. & 5. tit. 13. ejusd. lib. 2. For.)

17 **S**exta differentia est, quod à sententia definitiva regulariter appellari potest; secus autem ab interlocutoria, nisi habeat vim definitivæ, aut contineat damnum irreparabile; leg. Ante sententiæ tempus 7. Cod. Quorum appellatione non recipiuntur, iuncta Glossa verb. Discussores: Et habetur expresse à Concilio Trident. sess. 24. de reformat. cap. 20. ubi sic decernit. *Neque appellationes ab eisdem (Ordinaris locorum) interposita per Superiores quoscunque recipiantur, nisi à definitiva, vel à definitiva vim habente, & cujus gravamen per appellationem à definitiva reparari nequeat.* Et de hoc ipso adest declaratio Sacræ Congreg. Episcop. die 16. Octobris 1600. edita, & à Clemente VIII. approbata, quæ per extensum una cum aliis novissimis decretis refertur sub verb. Appellatio art. 5. à num. 20. usque in finem. Vide ibi.

18 **Q**uibus autem in casibus, & quibus de causis possit appellari tum à sententia definitiva, tum ab interlocutoria, tam de Jure civili, quam canonico, & conciliari? Vide verb. Appellatio art. 4. per tot. ubi fuse de omnibus.

19 **A**ntequam in Iudicio ordinario deveniatur à Iudice ad sententiam, debet prius à partibus fieri conclusio in

posite treinta mil maravedis en poder de la persona que los del nuestro Consejo, ó el Presidente, ó Oidores nombraren:

(4) *Leg. 1. tit. 9. lib. 4.* Ordenamos, y mandamos, que si el reo quisiere poner excepciones de incompetencia de Juez, alegando pendencia, ó otra qualquier declinatoria, que la ponga, y pruebe dentro de nueve dias contados del fin del termino de la carta.

re que conviene á la demanda que fué fecha:

(2) *Leg. 6. ejusd.* En escrito diximos en la ley de suso, que debe todo judgador dar su juicio acabado. Pero pleytos y ha que pueden ser juzgados sin estrépito, é por palabras tan solamente. E esto sería quando la demanda fuese de quantia de diez maravedis ayuso: Vide verb. Iudicium, pag. 320.

(3) *L. 27. tit. 6. lib. 3.* Item, que los Escribanos, así del Crimen, como de lo Civil: hagan sus procesos en hoja de pliego entero, bien ordenados: y todos los autos de Justicia que hicieren, y mandaren hacer sean en escrito, porque en todo tiempo se halle razon de ello.

in causa. Sic expresse habetur in cap. Judicantem 10. quæst. 4. ibi: *Judicantem oportet cuncta rimari &c. Nec litigantibus Judex prius velis sua sententia obviare, nisi quanto ipsi jam peractis omnibus nihil habeant in questione, quod proponant.* Engel lib. 2. Decretal. tit. 27. num. 1. Reiffenstuel ibid. num. 46. Vallensis ibid. §. 3. num. 1. & alii passim. (Lex t. tit. 13. lib. 2. For. Reg.)

20 Dicitur autem notanter in *Judicio ordinario*, quia in *Judicio sumario*, ubi simpliciter, & de plano proceditur, potest à Judice proferri sententia, etiam conclusionem à partibus non factam, si ita ei videbitur expedire, textu expresso in *Clementina*. Sæpe contingit, §. Sententiam, de verb. significat. in 6. ibi: *Sententiam vero definitivam (citatis ad id, licet non peremptorie, partibus) stans, vel sedens proferat, etiam (si ei videbitur) conclusionem non factam, prout ex petitione, & probatione, & aliis actibus in causa fuerit faciendum.*

21 Conclusio in causa potest fieri tam oretenus, quam scripto, cum nulla certa solemnitas sit ad id à Jure præscripta: Immo non solum expresse, sed etiam tacite potest fieri conclusio in causa, si videlicet partes nulla facta formali renuntiatione ulteriorum probationum, simpliciter à probationibus desistant, & à Judice sententiam postulent. Communis.

22 Consuetudo autem, & vulgaris formula faciendi conclusionem in causa est, 2. quod partes in ultima sua scriptura adjungant, quod hinc in causa concludere, & se ad sententiam submittere velint. Et hæc conclusio in causa solet interdum fieri conditionate, vel protestando, quod non aliter intendat quis in causa concludere, quam si etiam adversarius concluderit, & in sua scriptura nihil novi posuerit, vel conclusioni suæ adjuccendo expresse hæc conditionem: *Nisi nova probationes, vel nova instrumenta reperiantur.* Et revera hæc adjuccendo conditionem satis expedit, cum aliquo postquam à partibus in causa conclusum pure, & absolute fuit ante sententiam, nulla admittatur nova exceptio, vel probatio, cap. Cum venisset 25. & cap. De testibus 29. de testibus. & c. Cum dilectus 9. de fide instrumentor. Unde Mascard. de probation. quest. 17. proem. num. 44. sic expresse dicit: *Conclusio in causa partibus obstruit, & claudit, ut probationibus nullus amplius relinquitur locus.*

23 Respectu Judicis tamen nunquam concluditur in causa: Unde ipse Judex, si sibi justum, & æquum visum fuerit, poterit etiam post conclusionem in causa factam à partibus novas probationes admittere, textu expresso in cap. Pastoralis 5. §. penult. & ultim. de causa possess. Immo ipse Judex post conclusionem in causa potest ex suo officio partes examinare, testes interrogare, ac recipere pro informatione, & ulteriorem probationem ipsis partibus injungere, cit. cap. Cum Joannes 10. §. ad hoc autem, de fide instrument. Eagan. in cap. Qualiter, leg. 2. num. 67. de accusation. Gallus lib. 1. præd. observat. 107. num. 5. Jason in re-

2. Dupliciter concluditur in lite: à petitione partium, judicisve officio: priori in casu, prævie ad actum probationis, sive post factam publicationem probationum, libellumque vulgo de *bien probado* in actis producitur. Officio Judicis causa habetur pro conclusa, si libellus replicationis ex parte rei exhibitus esset, quamvis nulla ex partibus eam postulasset. (1)

(1) Leg. 9. tit. 6. lib. 4. Mandamos que por evitar dilaciones en los pleytos, que con cada dos escritos, que las partes presentaren, sea avido el pleyto por

2. Quod in scriptis conclusio fieri debeat, haud valet venire in dubium: (1) consuetudo, vulgarisque concludendi formula in tribunalibus superioribus, in Curia præsertim Matritensi sequentibus concipitur verbis: *Negando, y convalidando lo perjudicial á mi parte, y alegado, conculyo sin embargo, Madrid, tal día, mes, y año, Causidici, Procuratorisque subscriptione:* in inferioribus autem extra locum, quo illa resident, per petitionem eisdemmet cum subscriptionibus conclusio fit: quem quidem stylen in ecclesiasticis omnibus etiam praxis admittit, ac proinde Causidici stylo regionis ubi lites patrocinandas susceperint, concludere debent.

(1) Leg. 10. ejusd. Porque los pleytos se abrevien, y cesen las dilaciones en ellos, mandamos, que pasado el término probatorio, quando el Procurador diera

petition. leg. Admonendi, num. 62. ff. de Jurjurand. Farinac. de Testibus, quæst. 75. num. 266. & alii apud ipsos.

Si una parte concludente in causa, altera pars 24 esse adhuc aliquid addendum habere asserat, est ei statuendum à Judice competens terminus ad id addendum, & allegandum, & in causa concludendum, & ne lites malitiose nimis in longum protrahantur, concedendæ ei sunt tres solum successivæ dilationes, seu prorogationes, quarum singulæ continent triginta dies, quibus elapsis Judex non amplius expectare, sed sententiam legibus, & moribus, seu consuetudini consonantem proferre debet, textu expresso in *Authentic. jubemus, Cod. de judicis*, ibi: *Jubemus, ut si quando una pars allegationibus suis renuntiaverit, alia vero pars se habere aliquid, quod proponat, dixerit, Judex negotii modis omnibus eam partem, que utitur dilatione, compellat intra triginta dies, postquam altera pars allegationibus renuntiaverit, quidquid velis sine aliqua intermissione proponere. Quod si non fecerit, tunc ad ejus malitiam superandam alius mensis indulgetur à Judice. Si vero adhuc distulerit, alterius mensis dilatio ei præbetur, ita ut, si urge ad prædictas tres mentes suas non proposuerit allegationes, causa cognitor non amplius expectans sententiam omnibus modis, legibus, & moribus consonantem proferat, vel si noluerit, referat, ne litigatoribus male tractantibus liceat causarum exitus ultra protrahere;* Reiffenstuel loc. cit. num. 53. Vallensis loc. cit. §. 3. num. 1. Engel loc. cit. num. 1. & alii passim.

Facta à partibus conclusio in causa, debet Judex, 25 servatis ad reitam sententiam requisitis, ad ipsam proferendam procedere: Requisite autem ad reitam sententiam definitivam, quæ proprie, & absolute nomen sententiæ meretur, & de qua hic est sermo, alia sunt, quæ respiciunt solemnitatem Judicalem, seu modum, quo ipsa solemniter est promulganda, & alia, quæ concernunt ipsam ordinatam cognitionem causæ: Engel loc. cit. num. 6. Reiffenstuel loc. cit. num. 57. & Communis aliorum.

Requisite prioris generis, nempe quæ respiciunt solemnitatem Judicalem, sunt, quod sententia definitiva debeat in scriptis concipi, & per ipsum Judicem, & non per alium recitari; leg. Arbitri 1. §. leg. Hac lege 2. Cod. de sententiis ex periculo recitandis, & cap. Etsi sententia 5. de sentent. & re judicat. in 6. Exceptis tamen 27 Episcopis, & personis illustribus, quibus conceditur ob dignitatis prerogativam, quod sententiam à se latam per alios recitare possint, leg. Hac lege 2. Cod. de sententiis ex periculo recitand. & cit. cap. Et si sententia. Item quod sententia proferatur à Judice non stante, 28 vel ambulante, sed sedente pro tribunali; cit. cap. Etsi sententia, sive in loco publico, ubi antecessores sui Jus redire consueverunt; leg. Cum sententia 6. Cod. de sentent. & interlocution. omn. judic. & leg. penult. ff. de just. & jur. Episcopus etiam potest in quolibet loco 29 suæ

concluso, aunque las partes no concluyan, así para interlocutoria, ó recibida á prueba, como para definitiva.

concluso, aunque las partes no concluyan, así para interlocutoria, ó recibida á prueba, como para definitiva.

petition, que si hay probanza, que se haga publicación, y si no, se haya el pleyto por concluso.

suæ diocesis non exempto per se, vel per alium pro tribunali sedere, & sententiam ferre; cap. Cum Episcopus 7. de offic. Ordinari. in 6. Sicuti, & Judex Delegatus ad aliquam causam particularem potest juris dicendi causa eligere quemcumque sibi benevisum, ac honestum locum, cum ipse certam sedem deputatam non habeat; leg. Si cum dies, §. Si arbiter, ff. de Recept. Arb. (Vid. leg. 5. ejusd. p. leg. 2. ejusd. tit. 13. lib. 2. For. Reg.)

Item, quod sententia feratur de die, & non de 30 nocte; cap. Consuluit 24. de offic. delegat. Item quod sententia feratur die non feriata, cap. Omnes dies 1. & cap. Conquestus 5. de feriis. Qui autem, & quot 32 sint dies feriati? Vide verb. *Judicium*: Item quod Judex citari faciat pro certa die utramque partem litigantium ad audiendam sententiam; idque vel trinitate, vel saltem una peremptoria; leg. Ea quæ 7. leg. Consentaneum 8. Cod. Quomodo, & quando Judex sententiam proferre &c. leg. De unoquoque 47. ff. de re judicata: Si autem aliqua pars legitime citata, fuerit contumax, & cessante justo impedimento, non fuerit comparere, poterit Judex nihilominus procedere ad sententiam, cum legitime citati, & contumaciter absentes habeantur pro præsentibus, leg. Propertandum 13. §. 3. ff. de judicis, atque eorum contumacia litis damno coercetur, leg. Contumacia 63. ff. de re judicata, ibi: *Contumacia eorum, qui jus dicenti non obtemperant, litis damno coercetur; Contumax est, qui tribus edictis præpositis, vel uno pro tribus, quod vulgo peremptorium appellatur, literis evocatus, præsentium sui facere contemneret.* (Circa ex num. 30. contenta, vid. leg. 4. 9. & 10. ejusd. p. 1. tit. 13. ejusd. lib. For. Reg. Vide etiam lit. A. pag. 50. in hisp. addit.)

Requisita posterioris generis, nempe quæ concernunt ipsam ordinatam causæ cognitionem, sunt, quod sententia debeat esse *Libello conformis*, id est, conformis scripturæ Actoris petitionem, & ejus causam continentem; leg. Ut fundus 18. ff. Communi dividendo, cap. Qualiter, & quando 24. Circa finem, de Accusationibus, & *Clementin.* Sæpe contingit, de verb. signific. ibi: *Verum quia iuxta petitionem formam pronuntiatio sequi debet.* Et Glossa *ibidem* verb. Formam: ubi allegat alia Jura. (Leg. 2. §. 3. & 16. ejusd. part. 3. & tit. 22. Vide leg. 2. tit. 13. lib. 2. For. Reg.)

Item quod sententia sit certa, id est, per eam res, vel quantitas debita determinetur; Non enim sufficit dicere: *Solve quod debes:* Sed quantitas ipsa rei debite est exprimens, §. Curare 32. Institut. de Actionibus, ibi: *Curare autem debet Judex, ut omnino quantum possibile ei sit, certa pecunia vel rei sententiam ferat, etiam si de incerta quantitate apud eum alium est.* Et Glossa *ibidem* verb. Possibile, leg. Hæc sententia 3. & leg. Hæc sententia 4. Cod. de sententia, que sine certa quantitate proferitur. (Leg. 5. ejusd. tit. & p. 2. For. Reg.)

Item quod sententia non feratur sub conditione, 35

Causas civiles debere terminari intra triennium, in dubium ab A. non vocatur. Sine causarum distinctione est determinatum nostro jure, litibus in statu sententiæ repertis, ad eam proferendam, interlocutorie sex dies, viginti diffinitive æstimari: (1) & quamvis hucusque inter requisita ab A. tradita ad sententiam proferendam, mentionem nullam faciat de illius tenore, tamen cum aliquis in territoriis Hispaniæ subjectis, præsertim Insulæ Majoricæ, expertum fuisset, contextum illarum adeo laxum, ut litigantes discursum moverent: ad similes removendos abusus, præjudiciaque evitanda præventum invenitur, ne impostum quocumque, quamvis privilegiato, Tribunal talia fiant. (2)

(1) L. 1. tit. 17. ejusd. Desque fueren las razones cerradas en el pleyto para dar sentencia interlocutoria ó definitiva, el Juez de, y pronuncie á pedimento de parte la sentencia interlocutoria hasta seis dias, y la definitiva hasta veinte dias.

(2) Reg. Sched. 23. Jun. 1768. §. 5. Para evitar los perjuicios que resultan con la práctica que observa la Audiencia de Mallorca, de motivar sus sentencias, dando lugar á cavilaciones de los litigantes, consumiendo mucho tiempo en la extension de las sentencias, que vienen á ser un resumen del proceso, y las costas que á las partes se siguen, mando cese en di-

dicendo, verb. grat. *condemno te, si Actor probaverit*, sed debet continere puram absolutionem, vel condemnationem, leg. 1. §. Biduum, ff. Quando appellandum sit, ibi: *Sane quidem non est dicenda sub conditione sententia.* Et ratio est clara, quia ut expresse habetur in leg. Præses 3. Cod. de sententiis, & interlocution. omn. judic. *Præses provincia non ignorat, definitivam sententiam, que condemnationem, vel absolutionem non continet, pro justa non haberi.* (Leg. 14. & 16. ejusd. tit. & p. Aliquid conducit procedens lex 2.)

Item sententia debet esse Juri conformis, leg. Si 36 cum inter te, Cod. Quando provocare non est necesse, leg. Si expressum, ff. de appellationibus; cum similibus, & cap. Sententiam 2. de sententia, & re judicata, ubi sic expresse habetur: *Sententia contra leges, canonesque prolata, licet non sit appellatione suspensa, non potest tamen subsistere ipso Jure.*

Sententia ferenda est intra tempus à Jure præscriptum, quod tempus de Jure civili in causis civilibus (exceptis causis fiscalibus, & publicarum functionum) est triennium: causæ enim civiles debent terminari intra triennium à tempore litis contestatæ numerandum, ne lites fiant pene immortales, textu expresso in leg. Properandum 12. §. 1. Cod. de Judicis. In causis autem criminalibus est biennium: causæ enim criminales intra duos annos pariter à contestatione litis computandos, terminandæ sunt, textu expresso in leg. Criminales causas 1. Cod. Ut infra certum tempus criminalis questio terminetur, ibi: *Criminales causæ intra duos annos à contestatione litis connumerandos finiri censuemus: nec ulla alia occasione ad ampliora produci tempora, sed post biennii excessum minime ulterius illite durante accusatum absolvi.* Unde ex citatis Juribus, aliisque consimilibus stat clarum, quod de Jure civili perimitur instantia Judicii ex lapsu biennii in criminalibus, & ex lapsu triennii in civilibus, si causa intra præfatum tempus à litis contestatione computandum, non finiatur, & à Judice non proferatur definitiva sententia.

Secus autem est de Jure Canonico, ut clare patet 39 ex cap. Venerabilis 20. de Judicis, ubi Summus Pontifex Honorius III. expresse mandat Judici à se delegato, ut lapsu triennii non obstante, procedat in causa sibi commissa: Et notat Glossa *ibi* verb. Non obstante, Abbas num. 6. Barbosa num. 2. cum pluribus aliis *ibi* citatis. Et ratio est, quia, ut inquit Abbas *loc. cit.* Juri civile quoad propositum, non fuit moribus receptum in foro ecclesiastico. Sic enim jam antea in cap. Cum olim 14. §. Judicis, de privilegiis, legitur factam esse condemnationem in expensis per quadriennium, quo Judicium duravit, & in cap. Tum ex literis 5. de integram restituit. lis duravit longe ultra triennium, prout declarat Glossa *ibid.* verb. Sententia.

Novissimo tamen Jure civili Tridentini sess. 24. c. 20. de reformat. statutum est, quod omnes causæ ad

cha práctica de motivar sus sentencias, ateniéndose á las palabras decisórias, como se observa en el mi Consejo, y en la mayor parte de los tribunales del reyno; y que á exemplo de lo que va prevenido á la Audiencia de Mallorca, los tribunales Ordinarios, incluso los privilegiados, excusen motivar sus sentencias como hasta aqui con los visitos, y autos, en que se refleja el hecho de los autos, y los fundamentos alegados por las partes, derogando, como en esta parte derogo, el Auto acordad. 22. tit. 7. lib. 1. duña 1. ú otra qualquiera Real resolucion, ó estilo que haya en contrario.

cha práctica de motivar sus sentencias, ateniéndose á las palabras decisórias, como se observa en el mi Consejo, y en la mayor parte de los tribunales del reyno; y que á exemplo de lo que va prevenido á la Audiencia de Mallorca, los tribunales Ordinarios, incluso los privilegiados, excusen motivar sus sentencias como hasta aqui con los visitos, y autos, en que se refleja el hecho de los autos, y los fundamentos alegados por las partes, derogando, como en esta parte derogo, el Auto acordad. 22. tit. 7. lib. 1. duña 1. ú otra qualquiera Real resolucion, ó estilo que haya en contrario.

forum ecclesiasticum spectantes in prima instantia saltem infra biennium à die motæ litis terminentur, alioquin verò liceat partibus competentes Iudices Superiores adire.

41 Sententia definitiva regulariter transit in rem iudicatam, si post decem dies, seu infra decem dies à sua prolatione non appellatur ab ipsa, adeo ut postea retractari non possit, & contradicere volens amplius non audeat. Communis, textu expresso in Authent. Hodie, juncta Glossa ibidem, Cod. de Appellat. & cap. Anteriorum 28. caus. 2. quest. 6. ubi revocato biduo, vel triduo antiquitus ad appellandum dumtaxat concessio sic expresse statuitur: "Sancimus, omnes appellationes, sive per se, sive per procuratores, sive per Defensores, vel Curatores, & Tutores venientur, posse intra decem dierum spatium à recitatione sententiarum numerandum, Iudicibus ab his, quorum interest, afferri." & clarissime in ejus summario: Infra decem dies remedium appellationis conceditur, & expresse habetur in cap. Quoad consultationem 15. de sententia, & re iudicata, ibi: Cum post decem dierum spatium sententia in auctoritatem rei transeat iudicata, qui ad provocacionis subsidium infra id temporis non recurrit, appellandi sibi aditum denegavit, cum per hoc videatur per interpretationem juris late sententia paruisse.

42 Item sententia definitiva transit in rem iudicatam, quando inter decem dierum spatium appellatum est, postea tamen appellatio fuit deserta, textu expresso in Authent. Ei, qui appellat, Cod. de temporibus, & reparacionibus appellationum, ibi: "Ei, qui appellat, impertitur annus, intra quem secundum se communicet vel cum adversario litem exequatur, aut nisi iusta causa intercesserit, alius annus indulgeatur, quo transacto, lite non completa, rata manet sententia," ac si non fuisset appellatum, subjungit Glossa ib. vers. Manet.

43 In aliquibus tamen causis sententia post decem dierum non transit in rem iudicatam, & signanter sententia lata in causis matrimonialibus, que revocatur, quandoque constat de errore. Communis, textu expresso in cap. Lator 7. de sententia, & re iudicata.

44 Item sententia non transit in rem iudicatam in beneficialibus, argumento à simili desumpto ex matrimonio carnali ad spirituale, juxta cap. Inter corporalia 2. de transl. Episcop. & tenet Abbas in cap. Cum dilectus, num. 5. de Election. Maranta p. 6. Speculi aurei, tit. de sententia, num. 150. Reiffenstuel loc. cit. num. 123. & alii: Qui tamen istud intelligunt quoad præjudicium superioris, per text. in cap. Cum Bertoldus 18. de sententia, & re iudicata: Secus autem quoad præjudicium ipsarum partium, ut tenet etiam Glossa in cap. 1. de concessione Præbendæ.

45 Item sententia non transit in rem iudicatam in iis causis, & casibus, in quibus ejus observantia nutrit peccatum de consensu partium non impedibile, arg. cap. Cum tanto 11. de consuetudine, & cap. Quoniam omne 10. de præscript. cum similibus, & docent Glossa fin. in cap. Inter monasterium, de sentent. & re iudicata, Innoc. ib. in fine, Maranta loc. cit. num. 147. Abbas in cap. Lator 7. de sentent. & re iudicat. num. 9. Hostiens. & Joannes Andreas ib. num. 5. Pirhing lib. 2. Decret. tit. 27. num. 49. Reiffenstuel ib. num. 125. & alii passim.

46 Res autem iudicata proprie sumpta dicitur sententia, quæ post lapsum decem dierum accepit auctoritatem, & vires rei iudicatæ; adeo ut pro veritate accipiat, & postea retractari non possit, & quicumque velit contradicere, non audeat. Unde in leg. Res iudicata 207. de Regul. Juris sic expresse dicitur: Res iudicata pro veritate accipitur.

47 Quandonam vero incipit currere, & quomodo de-

Legitur, quod sententia definitiva transit in rem iudicatam; quando intra decem dies non appellatur. Quo in tempore, sive intra quod sit interponenda appellatio, de quibus sententiis, spatioque eas prosequendi in seculari foro præcipue, manet extensum. (1) Vide verb. Appellatio.

beat currere dictum decem dierum, post quod sententia transit in rem iudicatam? Vide verb. Appellatio, art. 8. num. 6. 7. 8.

Sententia inter aliquos lata nec præjudicat, nec prodest aliis. Communis, textu expresso in leg. Res inter alios iudicatæ 2. Cod. Quibus res iudicata non nocet, ibi: "Res inter alios iudicatæ neque emolumentum afferre his, qui in Iudicio non interfuerunt, neque præjudicium solent irrogare." Et concordat leg. Si neque 1. leg. Juris manifestissimi 3. leg. Nec in simili 4. Cod. eod. leg. Inter alios res gestas 1. leg. Inter alios factam 2. leg. Si cum fratre 3. Cod. Inter alios acta vel iudicata aliis non nocere, leg. Sæpe constitutum est 63. ff. de re iudicata, & de effectu Sentent. & de interlocution. cap. Inter dilectos 6. §. In omnibus, de fide instrument. ibi: "Cum ipsa sententia lata fuerit inter alios, & res inter alios acta aliis non præjudicat, cap. Cum super in jure 17. de Sententia, & re iudicata, in fine, ibi: Cum res inter alios acta non noceat regulariter aliis juxta constitutiones canonicas, & civiles, cap. Quamvis 25. need. tit. ibi: Quamvis regulariter aliis non noceat res inter alios iudicata."

In variis tamen causis sententia lata inter alios potest aliis nocere, aut prodesse. Et signanter in causis conplexis, ut colligitur clare ex cap. Tantis Daniel. 3. dist. 81. ubi sententia lata contra indigne Ordinatam præjudicat Ordinanti, ut recte notat Glossa ib. in fine. Et concordat cap. Ad petitionem 22. juncta Glossa ib. verb. Per consequentiam, de Accusation. cap. Hac quippe 10. caus. 3. quest. 6. juncta Glossa ib. verb. His amotis.

Item in re individua, & pluribus communi: Tunc enim victoria unus aliis proderit, ut statuitur in leg. Loci 4. §. 3. ff. Si servitus vindicatur, ubi est sermo de servitute itineris, respectu cujus competit actio pluribus in solidum, & concordat cap. Una sententia 72. de appellat. ubi sic expresse habetur: "Una sententia pluribus condemnatis si unus solus ad appellacionis beneficium convolverit, illius victoria Jure communi ceteris suffragatur, si communi Jure juventur, videmque negotium, & eadem causa defensionis existat."

Item in duobus casibus assignatis in cap. Quamvis 25. de sententia, & de re iudicata, ibi: "Quamvis regulariter aliis non noceat res inter alios iudicata: Ei tamen, qui cum sibi proceat de ea re actio, vel defensio competeat, sustinuit sequentem agere: ac illi etiam, qui passus est eum, à quo causam habuit, experiri, est præjudicium generatum." Ubi, ut vides, statuit Pontifex, quod sententia contra alterum lata, noceat etiam ei, qui cum sibi primum de quopiam actio, vel defensio competeat, passus fuit litigare sequentem, id est illum, cui secundo loco competeat ejusmodi actio. Et sic etiam de illo, qui passus est alterum agere, à quo causam habuit: Et idem clare statuitur in leg. Sæpe constitutum est 63. ff. de re iudicata, in cujus summario Bartolus sic expresse habet: "Sententia lata contra unum non præjudicat alteri, qui eum prohibere non poterat, vel ab eo causam non habebat; secus si poterat prohibere, & ab eo causam habebat, & sciens erat."

Item sententia lata contra unum nocet alteri, quando is actionem mandavit, vel ratam habuit; Communis, & colligitur clare à sensu contrario ex leg. Si neque 1. Cod. Quibus res iudicata non nocet, ibi: "Si neque mandasti fratri tuo defensionem rei tue, neque quod gestum est, ratum habuisti, præscriptio rei iudicatæ tibi non oberit." Ubi, ut vides, à sensu contrario videtur statui, quod tibi obis, si mandasti, quod gestum est, vel ratum habuisti. (Vide leg. 20. & 21. ejusd. tit. & p. ubi multa exempla, ad idem concernentia referuntur. Consonat lex 2. & 3. tit. 14. lib. 2. For. Reg.)

In sententia victus victori in expensis est condemnandus; leg. Eum quem temere 79. ff. de iudiciis, l. Properandum 13. §. 6. Cod. de iudiciis, Insti. de pena temere litigantium §. 2. in fine, ibi: "Improbis litigator, & damnium, & impensas litis inter adversario suo cogatur, cap. Finem litibus 5. de dolo, & contum. cap. Contumaciæ 4. de penis. (Non omittas recognoscere leg. 6. tit. 13. lib. 2. For. Reg. iterum per tot. leg. 8. tit. 22. part. 3. Non omittatur perfectio leg. 164. & 165. styli.)

Et hoc procedit ne dum in causis civilibus, sed etiam in criminalibus. Glossa final. in cap. Cum dilecti 6. de dolo, & contumac. & Abbas ib. num. 17. Gailus lib. 1. Præf. observo. 152. num. 1. cum aliis ibi citatis, Reiffenst. loc. cit. num. 177. Card. de Luca disc. 39. de iudiciis num. 7. ubi dicit, quod reflectio expensarum judicialium est debita tamquam species pænæ injunctæ temere litigantibus ex dispositione Juris, adeoque debet haberi locum in omni causa etiam criminali, ubi talis temeritas litigatorum intervenit.

Non est tamen victus condemnandus in expensis, quando habuit justam causam litigandi: In tali enim casu expensæ compensantur; l. Qui solitum 78. §. 2. ff. de legatis 2. Glossa ibidem verb. In litis sumptibus: Inde inferens, quod iusta ignorantia excusat à litis sumptibus. Idem tradit Glossa in cap. Finem litibus 5. de dolo, & contumac. verb. Expensas: Abbas ibid. num. 22. Barbosa num. 6. & Gailus loc. cit. observo. 152. num. 3. testans de com.

Quando autem quis censetur habere justam causam litigandi, relinquuntur arbitrio Iudicis, qui ex qualitate facti, & conditione personarum id debet arbitrari. Ita Abbas in c. cap. Finem num. 25. & 26. Barbosa ibid. num. 7. Menochius lib. 2. de Arbitr. iudic. caus. 177. num. 2. & seq. Jason in cit. leg. Properandum, §. 6. num. 8. Cod. de iudiciis, Reiffenstuel loc. cit. num. 179. ubi à num. 180. ex Menoch. & Jasone affert pro exemplis plures casus, in quibus litigans censetur habere justam causam litigandi. Unde si succumbat, non est in expensis condemnandus.

Judex non condemnans victum victori in expensis, quando istæ sive explicate, sive implicite, fuerunt petite, tenetur ipsas resarcire de suo, & textu expresso in cit. l. Properandum 13. §. 6. Cod. de iudiciis, ibi: Omnes iudices, qui sub imperio nostro constituti sunt, sciunt victum in expensarum causa victori esse condemnandum quantum pro solitis expensis litium juraverit. Non ignorantes, quod si hoc prætermiserint, ipsi de

proprio hujusmodi pæna subjacebunt, & reddere eam parti læsæ coarctabuntur; leg. Constitutio 5. Cod. de fructibus, & litium expensis ibi: Quod si iudex hoc non fecerit, ipse parti victrici damnium illud compensare cogitur. Et sic tenent Doctores communiter.

In eadem causa non potest ab eodem tertio appellari à sententia, quæ fuit bis confirmata, l. Unic. Cod. Ne liceat in una eademque causa ter provocare, cap. Sua nobis 65. de Appellat. juncto ejus summario, in quo præcise dicitur: Ab eadem sententia ab eodem tertio appellare non licet. Et hoc verum est non solum in 59 appellatione à definitiva, sed etiam in appellatione ab Interlocutoria. Barbosa in cap. cit. Sua nobis num. 2. cum aliis multis ibi citatis, Scaccia tract. de appellat. quest. 17. limit. 1. num. 3. Reiffenstuel lib. 2. Decret. tit. 28. num. 312. Pirhing. ib. num. 130. & alii passim.

Immo hoc verificatur etiam in sententiis, quæ non transeunt in rem iudicatam. Licet enim in his possit causa de novo inchoari, non potest tamen tertio appellari. Abbas in cit. cap. Sua nobis, num. 3. Barbosa ibid. num. 2. Pirhing lib. 2. Decret. tit. 28. num. 126. Reiffenstuel ibid. num. 312. & alii: Et hoc adeo verum est, ut nec Papa, nec alius Princeps Supremus possit potestate ordinaria per viam rescripti concedere, quod tertio appellatur ab eodem in eadem causa, quamvis possit per viam privilegii, & ex certa scientia hoc Princeps supremus concedere; Pirhing. lib. 2. Decret. tit. 28. num. 126. Alexander de Nevo ib. num. 20. Reiffenstuel loc. cit. num. 315. Scaccia loc. cit. num. 2. Barbosa loc. cit. num. 2. Marchus de Commis. part. 2. de Comm. super nullit. cap. 2. num. 1. fol. 540. & alii.

Potest tamen ab eodem appellari pluries, verb. grat. 62 centies, & millies, si centies, & millies gravaretur supra diversis articulis, licet in una eademque causa, cap. Quoties Episcopi 16. caus. 2. quest. 6. ubi dicitur, quod quoties Episcopi putaverint se gravari à suo Metropolitanano, possint ad Romanam Sedem appellare. Glossa in cap. Directæ 39. de Appellat. verb. Appellare Abbas, in cap. Sua nobis 65. de appell. num. 7. Barbosa ib. num. 2. cum variis aliis, Scaccia in tract. de appell. quest. 17. num. 18. & 40. Pirhing. lib. 2. Decret. tit. 28. num. 127. & alii passim.

In eadem causa, & super eodem articulo licet 63 utrique parti collitigantium bis appellare successive, & sic in eadem causa, & super eodem articulo possunt utrinque interponi quatuor appellationes. Detur casus, verb. grat. quod Petrus contra Paulum litigans appellet à sententia contra se lata, & succumbat; tunc Petrus po-

Quod non est victus condemnandus in expensis, quando habuit justam causam litigandi: & quando quis censetur habere justam causam litigandi, relinquuntur arbitrio iudicis, proponitur. Malitia temere litigantis communitur ponitur pro causa, ut victus condemnationem expensarum patiarur; (1) inter speciales vero causas, nostro jure in prima instantia, presentatas, expressim numerantur, dum reus est contumax: inepus libellus illegitima exceptio, & litis quomodolibet finite; (2) in secunda autem instantia quamvis regulariter iudicium relinquatur prudenti arbitrio, interlocutoria, sive definitiva sit; (3) minime in causis summam quadragintamillium marapetinarum haud accedentibus, nam in his sententiæ confirmatio perneceesse cum expensarum condemnatione fieri debet. (4)

(1) Leg. 8. tit. 22. part. 3. Los que maliciosamente, sabiendo que non han derecho en la cosa que demandan, mueven à sus contendores pleytos sobre ella, trayéndolos en juicio, é faciendoles facer grandes costas, é misiones, es guisado, que non sean sin pena, por que los otros se recelen de lo facer. E por ende decimos, que los que en esta manera facen demandas, ó se defienden contra otro, non habiendo derecha razon, porque lo deben facer, que non tan solamente debe el juzgador dar por vencido en su pleyto en el juicio de la demanda al que lo ficere, mas aun lo debe condenar en las costas que fizo la otra parte, por razon del pleyto: (2) Leg. 3. tit. 2. lib. 4. Qualquier Juez que hubiere de juzgar costas por razon de no venir al plazo, que fue puesto al que fue emplazado, quier pot traer su contendor à juicio, sin derecho, quier por ser inepta la demanda, ó accion intentada, quier pot poner ex-

cepcion, ó defension no derecha, que por ella se alenque el pleyto, ó fuera derecha, y no la pudiera probar, quien por razon de juicio afinado, ó por apelacion: (3) Leg. 7. tit. 17. ejusd. El Rey, ó aquel que oviere de juzgar el alzada fecha sobre agravamiento fecho ante del juicio afinado, vea el juicio del alzada, y las razones por que el alzada fue hecha: y si hallare que el juicio fue derechamente dado: y el que se alzó sin derecho, dé las costas á la otra parte: y si fuere alzada sobre juicio afinado, confirmela, ó la desfaga, y haga de las costas como dicho es. (4) Leg. 1. tit. 21. ejusd. Mandamos, que en los pleytos de quarenta mil maravedis, y dende abaxo, que vinieren de los Jueces inferiores á las Audiencias por apelacion, confirmándose la sententia, sea con condenacion de costas: (1)

potest adhuc secundò appellare, & si in secunda sua appellatione obtineat victoriam cause, tunc Paulus ejus adversarius poterit etiam ipse appellare, & erit tertia appellatio in eadem causa, & super eodem articulo, & si feratur sententia contra ipsum Paulum, poterit adhuc Paulus appellare, & erit quarta appellatio in eadem causa, & super eodem articulo; postquam quartam appellationem nec Petro, nec Paulo licebit amplius appellare, cum jam uterque bis appellaverit, & sic victoria cause remanebit illi, qui in quarta, & ultima appellatione sententiam favorabilem obtinendo tres conformes sententias in eadem causa, & super eodem articulo reportavit, arg. Clem. Ut calumniis litigantium, de sententia, & re judicata, Abbas loc. cit. num. 8. Barbosa loc. cit. num. 2. & alii passim.

64. Hinc is, contra quem in aliqua causa, sive civili sive criminali, sive mixta, sive in petitorio, sive in possessorio tres sententia conformes sunt late, admitti non debet ad agendum de nullitate ipsarum, vel aliquis ex illis, vel ad excipiendum, antequam hujusmodi sententia plene fuerint executioni mandata, textu expresso in cit. Clement. Ut calumniis litigantium. 1. de sententia, & re judicata, juncta Glossa, ibi. verb. Quavis: Rota recent. part. 9. tom. 2. decis. 488. num. 21. part. 17. dec. 86. num. 2. Pirhing. lib. 3. tit. 27. num. 114. Ventrigl. tom. 1. Annot. 35. §. Unice de sententiis conformibus num. 2. & Comm. aliorum.

65. Et hoc procedit de tribus sententiis conformibus, sive definitivis, sive interlocutoriis. Dicta enim Clementina loquitur simpliciter de tribus sententiis conformibus, non distinguens de definitivis, aut interlocutoriis: Ubi autem lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; h. de pretio 8. ff. de Publiciana in rem actione, cap. Quia circa 22. de privi. ideo debet intelligi tam de interlocutoriis, quam de definitivis; Glossa in d. Clement. Ut calumniis verb. Sententias: & Abbas ibid. num. 3. Covarrub. Pract. quest. cap. 25. numer. 3. §. 5. Pirhing loc. cit. num. 116. & alii passim.

66. Item dicta Clementina procedit de tribus sententiis conformibus in quavis causa, sive civili, sive criminali, sive mixta: Id enim clare indicant verba ipsius Clementinae: In quavis causa, ut expresse notat Glossa communiter recepta ibi. verb. Quavis: Covarrub. loc. cit. Pirhing. loc. cit. num. 115. Ventriglia loc. cit. num. 2. & alii passim.

67. Cum hoc tamen, quod in causis criminalibus tres sententia conformes prius exequi debent antequam

agatur de nullitate sententiarum, solum ubi agitur de penis, quae post executionem retractari adhuc possunt, ac revocari: Ut si reus condemnatus sit ad penam pecuniariam, tunc equidem debet prius fieri executio dicte penae pecuniariae, & postea agi de nullitate sententiarum. Secus autem ubi agitur de penis, quae post executionem retractari, ac revocari amplius non possunt: Ut si Reus condemnatus sit ad trirèmes, ad 68 mutilationem, vel ad mortem, tunc enim prius agi debet de nullitate Sententiarum, quam fiat executio, alias frustra postea ageretur de illa. Sic Abbas in cit. Clement. num. 1. Covarrub. loc. cit. num. 3. cum multis aliis ibi relatis, Pirhing. loc. cit. num. 115. Franch. dec. 139. Ventriglia loc. cit. num. 2. & alii. Immo, ut tenet Abbas in cit. Clement. num. 5. Rota ad Franc. dec. 139. cum pluribus aliis ibi citatis, Ventriglia loc. cit. num. 2. & alii, hoc procedit etiam in causis civilibus: In ipsis enim, quando executio est irtractabilis, non proceditur ad illam vigore trium conformium sententiarum, antequam agatur de earum nullitate.

Ad hoc, ut tres sententia conformes debeant, & 69 possint exequi, non obstante exceptione nullitatis, vel appellatione, debent esse late super eodem articulo, & non super diversis, ut habetur clare ex dict. Clement. & notat Glossa ibi. verb. Tres: & Abbas num. 2. Pirhing loc. cit. num. 115. vers. Notandum tertio: Ventriglia loc. cit. num. 3. & alii. Et ratio est, quia si sententia esset late super diversis articulis, cessaret ratio dispositionis dicte Clementinae, quae est praesumptio calumniae, in qua illa fundatur.

Potest tamen aliquis tertius pro suo interesse opponere exceptionem nullitatis sententiae, & impedire executionem trium sententiarum conformium; dummodo ille tertius nondum bis appellaverit (cum de Jure ex dictis supra num. 58. non possit nisi bis, & non tertio appellari) sed adhuc appellare possit a sententia, quae illi nocet. Tunc enim poterit ille tertius per exceptionem nullitatis impedire executionem sententiae. Covarrub. pract. quest. cap. 25. num. 9. Gabriel Comm. conclus. 2. tit. de execution. sentent. conclus. 1. num. 10. Pirhing. loc. cit. num. 116. vers. Notandum quinto: Ventrigl. loc. cit. num. 16. Marescot. Var. resol. lib. 1. cap. 86. num. 55. & alii.

Sententia illa dicuntur conformes, quarum una confirmet aliam. Ad hoc tamen non est necesse, quod una confirmet aliam expresse, sed sufficit, quod in substantia idem contineant, & non sint difformes quo

Animadvertitur ab A. posse tres conformes ferri sententias: quod quidem licet legibus patris per se loquendo conveniat: (1) aliqua tamen cum distinctione procedendum venit, eo quod ibidem asseritur possessorio iudicio etiam obtinere: & locum haud habere valet in iudicio possessorio vernacula lingua de Tenuta nuncupato: quia in hoc, cum actio solum super possessione bonorum majoratus inalienabiliumque fundatorum voluntate cadens, intra semestre (2) a die mortis ultimi possessoris currens, intentanda sit, dumtaxatque in Supremo Castellae Senatu, Aula cui nomen indicitur Mil y quinientas, ingredi nequit Appellatiois, vel Supplicationis recursus; terminatur equidem per unicam possessionis declaratoriam sententiam: quo peracto ad proprietatis ventilandum iudicium in Chancelleria, Regalve Audientia correspondenti partes cum actis remittuntur. (3)

(1) Vid. verb. Appellatio.

(2) Leg. 62. tit. 4. lib. 2. num. 22. Las cosas graves, y pleytos de tenutas, por ser pocos, breves, y de importancia, cuyo juicio se executa y acaba, quanto á la tenuta con la primera sententia, segun que ultimamente lo he mandado, se vean por todos los once de las tres Salas de Justicia, ó los que de ellos pudieren, asistiendo el Presidente, quando no tuviere impedimento. L. 5. tit. 19. lib. 4. ibi: Ordenamos, y mandamos que en los pleytos de tenuta, y posesion, que de

aqui adelante se comenzaren en el nuestro Consejo, no haya ni pueda haber suplicacion, ni otro remedio, ni recurso alguno de la primera sententia, que en ellos se diere, y que el pleyto se remita luego con la dicha sententia en propiedad á las nuestras Audiencias, donde las partes sigan su justicia: (3) Leg. 4. tit. 26. part. 3. Nula es la sententia: cá maguer non se fallase destos juicios sobredichos, puedense revocar quando quier, é non deben obrar por ellos, bien asi como si non fuesen dados.

2. Cum A. petraçter de trium conformium executione, antequam nullitatis oppositio admitenda veniat, adnotare oportet, quod postquam definitiva est lata, adversus eam per viam nullitatis agi valet, quo quidem remedio, cum lex universaliter loquatur, post tres etiam conformes uti potest, nisi ultima ex illis in Tribunali Superiore Regali sit pronuntiata: (1) & licet olim intra viginti annos a tempore prolationis, facultativum erat

(1) Vid. verb. Appellatio.

quos substantiam, vel qualitatem principalem. Gabriel loc. cit. num. 33. & 34. Barbosa in cit. Clement. Ut calumniis num. 11. Pirhing. loc. cit. vers. Notandum sexto: & alii communiter.

72. Non dicuntur tamen tres sententia conformes, si duae sententia sint late in principali, & tertia super desertione appellatiois proposita à duabus predictis sententiis. Unde in hoc causa potest impediri executio per exceptionem nullitatis, & sic non habet locum dispositio dicte Clementinae. Sic Rota in antiquis dec. 427. Bald. in l. 2. Cod. de Episcop. aud. & in l. Eas, Cod. de Appellat. in prin. Oldrad. consil. 106. Felin. in rubr. de Re judicat. col. 8. Romani Singul. 487. & alii.

Executio sententia fieri debet regulariter ab illo 73 Judice, qui eam tulit, dummodo is sit Judex Ordinarius; l. A Divo Pio 15. in prin. juncta Glossa verb. A se; ff. de re judicata, c. Si quis 4. juncta Glossa ibi. verb. Ipsius sollicitudine, de foro competentis, Maranta de ord. Judic. part. 6. tit. de execut. sent. in 3. actu num. 2. Pirhing. lib. 2. Decret. tit. 27. num. 99. Reiffenstuel ibi. num. 167. & alii passim.

74. Judex Delegatus Papae potest sententiam suam exequi, & quidem usque ad annum; cap. In literis 9. cap. Quarentis 26. & cap. Pastoralis 28. §. Praeterea, & Offic. Delegati. Quam sententiam exequi potest sive per se, sive per alium, cit. cap. In literis: Immo Delegatus Papae potest executionem suae sententiae committere Judici Ordinario, qui omnimode tenetur ejus mandato obedire, & ejus sententiam exequi; cap. Significasti 7. & cit. cap. Pastoralis 28. §. Quia vero, de Offic. Deleg.

75. Item Delegatus Principis supremi potest suam sententiam exequi; l. Cum specialis Judex 18. Cod. de Judicis, Menoch. lib. 1. de Arbitr. Jud. quest. 74. num. 48. cum aliis ibi citatis, Pirhing. loc. cit. num. 99. testans de communi.

76. Delegatus ab inferiori Magistratu, ut ab Episcopo, seu ab alio, quam à Principe supremo, probabilius non potest exequi suam sententiam, sed debet executionem Delegati remittere; l. A Divo Pio 15. §. 1. ff. de re judicata, ibi: Judicium à se datum, vel Arbitrorum sententiam exequantur ii, qui eos dederunt, ac tradit Bartolus ibid. cum aliis. Et idem colligitur ex cap. Si quis contra 4. de foro competentis, ubi Episcopus, qui ut suspectus legitime recusat, potest dare Delegatum partibus non suspectum, cu-

jus sententiam ipse exequatur. Sic tenent etiam Menoch. loc. cit. num. 52. Maranta loc. cit. num. 4. Reiffenstuel loc. cit. num. 170. testans de communi. Pirhing. loc. cit. num. 99. dicens id communiter teneri, quia lata sententia à delegato ab alio, quam à Principe Supremo, statim omne ejus officium expirat; l. Judex 5. ff. de re judicata, adeoque non potest ipse exequi suam sententiam, sed debet ejus executionem remittere ad Delegatum.

Contrarium tamen docet Glossa in cit. cap. Si quis 77 contra 4. de foro competentis, & verb. Ipsius sollicitudine: & ibi. Abbas num. 32. Imola num. 2. quia, inquit Glossa à supradictis secuta, eo ipso quod Judici Delegato causa committitur, intelliguntur ei omnia illa commissa esse, quae ad causam ipsam spectant, & sine quibus causa ipsa expirari non potest, ut cap. Praeterea 5. & cap. Suspicionis 39. de offic. Delegat. Et ibi. Glossa respondet ad textum num. praecedenti allegatos, quia, dicit, quamvis in ipsis dicatur, quod Ordinarius exequitur sententiam à Delegato latam, non tamen ibi prohibetur, quominus etiam id possit Delegatus, saltem si absens sit Judex Ordinarius. (Vid. verb. Delegatus.)

Post latam à Judice sententiam definitivam non 78 est statim ipsa executioni mandanda in actionibus, & causis civilibus, sed in actionibus realibus expectandum est saltem per decem dies, priusquam executio fiat, & in actionibus, & debitis personalibus expectandum est per quadrimestre, quod condemnato ad solvendum conceditur; cap. Quod ad consuetudinem 15. de sentent. & re judicata, l. Eos qui 2. & l. Sancimus 3. Cod. de usuris rei judicatae. Et quidem quod in actionibus realibus expectandum sit saltem per decem dies, clare patet, quia ante elapsum decursum sententia necdum transit in rem judicatum, immo ab eadem potest adhuc condemnatus appellare. Authent. Hodie, Codic. de appellat. cap. Anteriores 28. caus. 2. quest. 6. cap. Quod ad consultationem 15. de sentent. & re judicata, adeoque ante elapsum decursum non potest fieri executio sententiae in actionibus realibus. Quod autem in actionibus, & debitis personalibus expectandum sit per quadrimestre, ratio est, quia alteri obligatus actione personali non detinet rem alterius, prout contingit in obligato alteri actione, seu debito reali. Unde Jure merito pro executione sententiae in actionibus, & debitis personalibus, Jura concesserunt quadrimestre ad solvendum,

nullitatem opponere coram eodem, aliove Judice, (2) hodie, tamen, intra sexaginta dies ab intimatione connumerandos instauranda venit nullitas specialis: qua declarata, alia introduci nequit, (3) terminarique debet contradictorio iudicio, parte adversa perconsequens audita. (4)

(2) Leg. 2. ejusd. Aquel mismo juzgador que dió su juicio por falsos testigos, ó por falsas cartas, ó lo puede él, ó otro su mayoral, si gelo pidieren, é lo probare: é puede revocar tal juicio, é todas las cosas que fuesen hechas, ó pagadas por razon dél, desde el dia que fue dada la sententia, fasta veinte años: (3) Leg. 2. tit. 17. lib. 4. Si alguno alegare contra la sententia que es ninguna, puedalo decir hasta sesenta dias, desde el dia que fue dada la sententia; y si en los sesenta dias no lo dixere, no sea oido despues sobre esta razon; y si en los sesenta dias dixere que es ninguna, y fuere dada sententia sobre ello, mandamos que contra esta sententia no pueda alguna de las partes decir que es ninguna: y no pueda ser (4) Asseritur ab A. post latam à Judice sententiam expectandum esse per quadrimestre. Sententia, inquam, indicatae transactae, in trium, sexve dierum spatium executio fieri valet. (1) Nullum assignatur discrimen civi-

puesta excepcion de nulidad dende en adelante contra las sentencias que sobre esta razon fueren dadas por alzada, ó suplicacion: (4) Leg. 1. tit. 26. part. 3. ibi: Onde decimos, que toda sententia que fuese dada por falsas cartas, ó falsos testigos, se puede desatar; maguer la parte contra quien la diesen non se alzase della. E tal juicio como este puedese desatar en esta manera, viniendo la parte que se tuviere por agraviada delante del juzgador, estando delante la parte por quien fue dado el juicio, ó faciéndolo emplazar, é debe pedir al Juez, como en manera de restitucion, que desate aquel juicio por que fue dado por falsos testigos ó por falsas cartas, é probándolo asi, débelo revocar el Juez: definitivam, in actionibus, & debitis personalibus, expectandum esse per quadrimestre. Sententia, inquam, definitiva deserta appellatione, in auctoritate rei judicate transactae, in trium, sexve dierum spatium executio fieri valet. (1) Nullum assignatur discrimen civi-

(1) Leg. 6. tit. 17. cit. Ordenamos, que despues que el juicio que se diere por el Alcalde fuere confirmado, ó pasado en cosa juzgada, que el Alcalde que diere el juicio lo haga cumplir, y executar hasta tercero dia, si fuere sobre raiz, ó mueble, que no sea